

Q. N. 156. 32

III

Ve
3152

ARCHIMARESCHALLVS
IMPERII
AENEATORVM PATRONVS ET IVDEX

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

A. D. XVIII. MAII. AN. MDCCCLXXII.

H. L. Q. C

COLLOQVIVM CVM ERVDITIS HABEBVNT

IOHANNES THEOPHILVS SEGERVS

IVRIS SCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR

SVPREMAE IN PROVIN. CVRIAE ET COLLEGII

IVRIDICI ASSESSOR INSTITVTIONVM IVSTINIANARVM

PROFESSOR ORDINARIVS

ET

AVGVSTVS GOTTLOB MARCVS

DRESDENSIS

IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATVS

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA



ARCHEMARECHALLVS

INDEX

ANNALETVM REPTORIVM ET INDEX

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

ET

AVGVSTVS GOTTLOB MARCVS

REPTORIVM

REPTORIVM REPTORIVM REPTORIVM

LIPSIÆ

IN OFFICINA LANGENHEIMII

[Handwritten notes and stamps]

VI

De Saxonica buccinatorum atque anacaristarum protectione dum commentari aggredior, equidem fuisse ante me multos, qui et ius patronii eius commemorarent, et controuersias super eo ortas excuterent, haud ignoro. Verum lis inter eruditos nondum composita et varii passim errores a doctissimis iure consultis ventilati repetitae tractationi materiam fecerunt, auctiorem etiam ex eo, quod antehac nemo alius ad recens de abusibus opificum tollendis edictum illam satis accommodauerat. Qui enim, BYDERI iudicio, (*de Protectione opificum speciali feudali ac priuilegiata in Germaniae regno, in Symmict. Obseruat. I. 4. 6.*) copiose, diligenter et erudite de hoc protectionis iure exposuit CONRADVS FRIDERICVS REINHARDVS, elegantissimum librum *de officiis imperii Saxonis*, cui disquisitio ista inserta est, ante nouae legis publicationem conscripsit: posterius ad eum cupidos ablegare, quam confirmare sententiam, tutius censuerunt.

mentum veluti de nouo refingere, quam diuerfas opinionones ad examen, non nulla etiam, quae vaga apud alios errant, in ordinem reuocare. Si qui rem inutilem atque in praesenti Germaniae statu infructuosam existiment, quanquam non est priuati hominis, an ista clientela aegre cariturus sit Serenissimus Archimareschallus, discernere, illius tamen eminentissimam dignitatem in maioribus conspici non diffiteor. Sed eo opportunior locus erit academicae libertati proferendo quae animi nostri iudicio, quod sicubi a vero aberrauisse, et Potentissimi Principis nostri aliorum ve Imperii Procerum iuribus contra, quam speramus, aduersum videatur, facile excusationem habebit integritas propositi, cum priuati scriptoris error iuris quaesiti auctoritatem nunquam imminuat.

II.

Vix opus videtur definitione protectionis. Constat enim inter omnes, ius homines siue singulos, siue vniuersitates et corpora in clientelam suscepta, siue tandem bona et res fidei tutelae quae concreditas curandi ac defendendi protectionem et parentelam, *A. B. tit. 5.* patrocinium, tutelam, defensionem, medii etiam aeui vocabulis recommendationem, procurationem, commendam et commendigium, salui habitionem, saluam guardiam, mundium et castaldiam, maxime quae solenni vocabulo aduocatiam, pro quo Latinos aduocatio-

catio-

cationem dixisse obseruat MANVTIVS *ad Cic. epist. famil. VII. 10.*, velut ipsos defensores etiam tutores *cap. 34. X. de elect. et electi potestate*, patronos, aduocatos et protectores appellari. CANGIVS *Glossar. v. aduocat.* VVEHNER *Obs. pract. v. Voigt.* MAGER. *de Aduocat. armata cap. II.* RECHENBERG. *de Aduocatis et Aduocatus Germanicis §. 2. et 5.* GOEBEL. *de Aduocata armata.* Fecit ipsa defensionis necessitas, vt eodem consilio, quo ciuitates et regna condita, aut reges et imperatores imbecilliorum tutelam aliis sub se magistratibus et Principibus speciali lege committerent, aut, qui se sua que bona defendere sponte non possent, potentio- rem patronum eligerent, in cuius fidem et clientelam inito inaequali foedere reciperentur. Orta hinc diuersa aduocatorum iura, prout quisque clientum etiam suorum summus magistratus esset et iudex, aut maioribus priuilegiis a supremo rei publicae tutore ornatus, aut conuentionis formula postulare: ne dicam, multos pleniorem, quam concessa esset, potestatem vel tacito vsu et eorum, de quorum iure ac libertate detraheretur, patientia, vel armis etiam et aperta vi sibi asseruisse. V. KNIPSCHILD. *de Ciuit. imper. II. 24.* Quam ob rem non nulli cauere iubent, ne ius protectionis cum iure aduocatae confundas: repugnare enim originem, quoniam aduocatos olim iura ampla et insignia habuisse palam sit: reclamitare chartas, quae aduocatae et defensionem accurate distinguant, et contrarium sua-

dere complura exempla procerum, qui Aduocatae ius in summo pretio habuissent, et diuersa vota Ecclesiasticorum, id vnum agentium, vt Aduocationis munus amolirentur, telum acerrimum id temporis aduersus ecclesiasticam libertatem. Ita fere HERTIVS *lib. II. Paroem. 3.* vbi id idem se satis probasse ait *diff. de superiorit. territoriali. §. 2.* quo loco ad auctorem *deduct. Lindauensis fol. 829. sqq.* amandat. Adduxit sane HERTIVS *diff. de consultat. legibus et iudiciis in specialibus Rom. German. Imp. rebus publicis §. 17.* litteras publicas e monimentis Wurtembergicis, quibus Rudolphus, comes de Hohenberg a. 1388. promittit, velle se monasterium Bebenhusanum non tanquam aduocatum, sed tanquam defensorem tueri, et Simon, comes Gemini pontis, atque Otto ab Eberstein fatentur, se monasterio Albae dominorum et bonis ad ipsum pertinentibus praefuisse, non aduocatorum nomine, sed tutorum, alias denique, quibus Ottones Ebersteinii comites an. 1276. aduocatiam a tuitione separauerunt. Neque ego nescio, aduocatae et protectionis vocabula hodieque a viris doctissimis discerni, eorum que confusionem multis perniciosam videri. Sed recte monuit auctor narrationis *de dominio et aduocatia Moellen p. 29.* qui que eum laudat, BOCRISIUS erudita *diff. de eo, quod circa protectionem subditorum alterius domini territorialis inter status imperii iustum est,* diuerfos habere verbum aduocatae significatus, eo que in-

ter.

terdum iurisdictionem et praefecturam, interdum nudam protectionem et defensionem indicari. Quod igitur BOCRISIVS, secutus PAVLLINVM de *Aduocatis monasticis* §. 13. constituit, protectoris fuisse defensionem parare clientulis petentibus, aduocati officium magis ordinarium in iure administrando et inspiciendis rationibus esse versatum, ex genere eorum est, quae plerumque cum litteris publicis consentire, non raro etiam ab earum auctoritate recedere videtur. Nam et aduocati non omnes iuris dicendi facultate gauisi, (v. STRVBEN. *obs. iur. et bist. Germ.* p. 27. sq. et in *hor. subsec. P. I.* disp. III. §. 7. nec non CHR. THOMASIVM de *iurisdictionis et magistratuum differentia apud Germanos*) et quibus iuris dictio obuenisset, subinde nihilo minus Patroni, Protectores, Defensores similibusve nominibus appellati. Totius e formula conuentionis, e legibus atque ex usu protectionis et aduocatae ius, quam ex diuersitate nominis, aestimatur. Dicamus aliis nudam defensionem gratis forte pactionibus obtigisse, aliis ius protectionis cum potestate vel maiore vel minore, qualem lex superioris aut clientum conuentio dederit, aut auctus etiam fortunati coeperint asserere, et siue ius siue silentium longo usu firmarit, consecutos esse. Quod inuicisse videtur Henricus coecus, Comes Namurensis et Luxemburgensis apud AVB. MTRAEVM *Dipl. Belg.* lib. I. cap. 60. in charta an. 1154. exposita. Neque enim ius
ad.

aduocatae, sed nomine se destitui profitetur verbis: Aduocatum siue nomen aduocati non habui in ecclesia, sed ipse defensor existo. Itaque, si quid video, hunc locum non magis, atque alterum ex charta an. 1233. exarata et ab HVNDIO *Geneal. Bavar. P. II. p. 275.* exhibita laudare debuisset HERTIVS *l. l.* Nolim igitur reprehendere Rechenbergium, quod buccinatorum fabrorum que cupratorum Protectores *l. l. §. IX.* inter Aduocatos et Aduocatas Germanicas commemorauit, quanquam hoc ipsum nomen in tabulis publicis vsurpatum non reperi, ideoque in titulo libri malui Patroni et Iudicis vocabula a Ferdinando I. et II. Augustis ad designandam Serenissimi Electoris nostri in tympanotribis atque aeneatoribus potestatem adhibita retinere. Quorum quidem verborum coniunctione longe melius arbitror, quam Aduocati, dubiae atque ancipitis interpretationis, elogio exprimi eius tutelae per Germaniam vim. Videant, quibus hoc negotii est, num forte in ecclesiarum et monasteriorum, regnorum et prouinciarum, ciuitatum et pagorum tutelis, non etiam in singulorum hominum tribuum ve protectionibus Aduocati nomen placuerit?

III.

Quoniam iam ne vni securitatis muniendae consilio homines in ciuilia foedera coierunt, atque vt paratior esset tum in pace, tum in bello defensio, se
sua

X 337 6749

m. 5

inches
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.



Ve
3152

III
MARESCALLVS
IMPERII
VM PATRONVS ET IVDEX

ORVM ORDINIS AVCTORITATE
II. MAIL. AN. CIOIOCCCLXXII.

H. L. Q. C
M CVM ERVDITIS HABEBVNT
THEOPHILVS SEGERVS
AE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR
ROVIN. CVRIAE ET COLLEGII
SOR INSTITVTIONVM IVSTINIANARVM
FESSOR ORDINARIVS

ET
GOTTLOB MARCVS
DRESDENSIS
TRIVSQVE CANDIDATVS

LIPSIAE
CINA LANGENHEMIA

BIBLIOTHECA
NICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)